UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Scortum

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

…da cenſemus: ſapientioreſq; eos qui arte præditi ſunt, …tis valeant, iudicamus: quod ſapientia pro ſcientia & ce… …agis omnes ſequatur. Id autem propterea fit, quod hi …m cognitione habent, illi non item. *Maiore libr. α. Me-*

…m id quod certo ſcimus, non poteſt ſe aliter habere, il… …o ſequitur, rem eſſe neceſſariam, quæ ſub ſcientiam ca… …ratiuam. Atqui ſcientia demonſtratiua eſt, quam tum …, cum mente percipimus alicuius rei demonſtrationem. *…monſtr.c.4.T.7.*

…in iis quæ priora & antiquiora ſunt, ars & ſcientia verſa… *…Metaph.c.2.*

…rei hoc ipſo quod vna ſit, vna eſt ſcientia. *libr.2.de Demon.* …

…tribus modis dicitur, nempe aut cognitione vniuerſali: aut … aut actu & operatione: quare totidem modis intelligi… …nari *lib.2.de prima Reſolut.c.21.*

…e quod ſub ſcientiam cadit, non poteſt aliter ſe habere: *lib.1.* *…ſtr.c.6.T.15.*

…quamobrem res eſt, nihil eſt quam rei cauſam noſſe. *lib. 1.* *…ſtr.c.7.T.19.*

…ter ſenſum & ſcientiam intereſt: quod ſi ſcientia amiſſa ſit, … comparari poteſt: ſenſus ſemel erutus, & amiſſus, non po… *…lib.1.Top.c.11.*

…ſcientia præditus eſt, is maxime in iis eſt quæ cum aliquo …. Quod hinc ſcire licet, quia ſcientia non oritur in no… …alicuius partis motus anteceſſit: ſed alicuius anticipatione. …ntia enim, quæ in parte verſatur, vniuerſæ rei ſcientiam adi… *…lib.7.de Natu.c.3.T.20.*

…ſſe & inſtituiſſe intelligentiam, id demum ſcire ac ſapere *…ibid.*

…ntia quæ ex habitu actionem eduxit, omnino idem quod res …poſita eſt, valet: ea vero quæ in habitu ſolum poſita eſt, … quodam temporis in vno homine illa antiquior eſt: omni… …ne temporis quidem ordine. *lib.3.de Anim.c.5.T.20.*

…et per ſe, & non per accidens ſcire: quando aliquid eo modo …euenire intelligimus, quo illi conuenit: idque per princi… …ſunt illi, quia illud ipſum eſt, propria. *lib.1.de Demonſt. c.7.*

…omnia illa naturæ in omnia ſcientia neceſſaria: res de qua ali… …concluditur: illud ipſum quod ineſſe alteri oſtenditur: & ipſa …pta ex quibus elicitur concluſio. *lib. 1. de Demonſtrat. cap. 8.*

…id ſæpe ad rem ſciendam ſatis eſſe exiſtimamus: ſi modo ex …primis quibuſdam ſumptionibus conſtet ratiocinatio: cum …multo ſecus res habeat. Neceſſe eſt enim vt iſta præterea cum … eo genere prima ſunt, naturæ quadam coniunctione ſint …ata. *lib.1.de Demonſtr.c.8.T.14.*

…ſcientia non ſpectatur, quid rectum, cum ne peccatum qui… …t opinionis quod rectum eſt, appellatur veritas. *Ethic. lib.6.*

…per ſenſum quidem vlla oritur ſcientia. *lib.1.de Demonſt.c.24.*

…ſcientiam rerum menſuram dicimus, & ſenſum pari ratione …ex iis aliquid cognoſcimus. Quanquam menſura eorum alia …porius, quam ipſa aliorum. *lib.1.9.Metaph.c.3.T.5.*

Omnis ars & ſcientia, quæ rationis & mentis eſt, vel rationis a… …ex parte eſt particeps: in principiis ac cauſis, vel certioribus, …mutabilibus verſatur. *Lib.1.5 Metaph.c.1.T.1.*

…ratq; exercitatione hominibus ars & ſcientia comparatur. *lib.* *…nonr.Metaph.c.1.*

…t ſcientiæ propemodum infinitæ: Vnde etiam planum eſt, …monſtrationes infinitas eſſe quæ eædem veræ ſunt reprehenſio… *…lib.1.de repreh.Soph.c.8.*

Scientia & ars quæ in rerum contemplatione cernitur, & id quod …propoſitum eſt, eadem ſunt. *lib.3.de animo, c.4.T.15.*

Noſſe quidem quod res ſit, eſt eorum qui eas artes exercent, quæ …ſenſuum iudicio continentur: cur autem ipſa res ſit intelligere: eo… …m eſt qui ſcientia & doctrina ſunt perpoliti. Hi enim ſunt qui per… …ectas habent ſingularum rerum ex ſuis cauſis demonſtrationes, ac …pe numero, quod res ſit, ignorant. *lib.1.de Demonſtrat.cap.10.* …

Scientia & res quæ ſub ſcientiam cadit, differt ab opinione & re …pinabili: quod in rebus vniuerſis, iiſq; neceſſariis cernitur ſcien… …a neceſſaria autem hic dicuntur, quæ ſe aliter habere non poſſunt. *…lib.1.de Demonſtr.c.27.T.44.*

Earum rerum, quæ ſub ſcientiam cadunt, vniuerſa cognitio, eſt …præſtantior omni ſenſuum perceptione: imo vero & omni alia per… …ceptione animi, ſi modo earum rerum ſit, quæ cauſam aliquam ha… …bent. Nam de principiorum cognitione alia ratio eſt. *Lib.1.de de-monſtrat.c.24.T.43.*

Cognitione vniuerſa particularia cognoſcimus: propria ac pe… …culiaria neſcimus. Quo fit vt in iis hallucinemur, non tamen opi… …nione contraria: ſed dum cognitionem vniuerſalem habemus, de… …cipimur particulari. *Lib.2.de prima Reſolu.c.21.*

Cum omnium artium & ſcientiarum finis, & extremum in bonis eſt: tum vel maxime, atq; in maximis bonis eſt finis eius quæ omnium tenet principatum, cuiuſmodi eſt ciuilis ſcientia, *Lib.3.d Repu.c.8.*

¶ Similitudines.

Philonis Iudæi. quemadmodum canes venatici à longinquo ad feras perueniunt odorem ſequentes, cuius eximio ſenſu à natura ſunt præditi: Eodem modo à iuſtitia, cæteriſq; virtutibus exhalantes ſuaues auras amator ſcientiæ veſtigat, cupiens originem tantæ voluptatis aſſequi, huc illuc curſitans, & vel ipſo honeſtatis odore, tanquam ſacro nidore ſe recreans, *Lib.de ſomniis.*

Sicut fontes ſalientes ſi multum aquę auferatur, non tantum non diminuuntur, ſed dulciores etiam multo redduntur. Ita ſcientia non decreſcit docendi officio, ſed magis etiam magiſq; fit dulcior: nonnunquam etiam augetur, ſi in diſcipulos & familiares transferetur, *Lib.de ſomniis, & lib. de gigantibus.*

Quemadmodum fax etiam ſi lucernas multas accenderit, ſemper manet eiuſdem magnitudinis, & nequaquam ne tantillo quidem diminuitur. Sic etiam ſcientia in homine nequaquam diminuitur, licet docendi ratione in multos transfundatur. *Lib. de gigantibus.*

Ambroſii, ſicut vinum non temperatum admixtione aquæ, mentem alienat: Ita & ſcientia ſuperbum facit, niſi fuerit charitate temperata. *Super epiſt. Pauli.*

Pii Pontificis, non vt pecuniæ, ſic & ſcientiæ conſeruatrix eſt auaritia: ſed qui literas ſuas magis abſcondit, is eas magis annihilat, *Lib.Epiſtolar.epiſt.90.*

Eruditio ampliſſima eſt ſupellex, & hæreditas principatu melior: opes & potentatus & huius honores ſæculi, bona fortunæ ſunt fluxa, mutabilia, caduca, quæ vt fortuna vult, huc atq; illuc ferantur. Illa enim mortale genus quaſi in ludo habet, & hunc deprimit hominem, illum extollit. Nec enim magnum, ex figulo regem, & rurſus ex rege figulum facere. At animi bona, quę ſunt, Continentia, Caſtitas, Fortitudo, Iuſtitia, Moderatio, Intellectus, Ingenium, Memoria, &c. ſtabili quodam nexu adhærent homini, nec auferri à nobis niſi cum vita poſſunt: hæc vere noſtra ſunt bona, hæc dum luce inter mortales fruimur, vitam præſtant ſuauiorem, poſtquam emigramus ex hoc ſeculo, ſpem dant felicitatis æternæ. *Epiſt.lib. epiſt.105.*

Sunt ſcientiæ ſicut & lumina: qui de ſuo lumine lumen accendit, ſed ſibi retinet lucem, & accipienti tenebras aufert. *Epiſtolar.lib. epiſt.120.*

Plutarchi. Vt agricolæ lubentius vident ſpicas inclinatas, quam erectas in altum: nam illas onuſtas fructu intelligitur, has inanes: Sic adoleſcentes priuſquam profecerunt in philoſophia, tument: vbi doctrinæ fructum perceperint, ſubmittunt ſeſe. *in Moral.*

Seneca. quærimus nonnunquam eos, quibuſcum ſtamus: Ita quidam quod ſciunt, ſe ſcire neſciunt. *apud Eraſ.*

Vide, Ars, Diſciplina, Philoſophia.

Scortum, Scortatio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

SCortum, Græce πόρνη, ης, ἡ, & πορνεύω, ſcortor dicitur. Eſt autem ſcortum meretrix, vel quod ſicut pelliculæ ſubigātur, cum ſolum calceamentorum omnibus ſubiectum ſit, vel quod in grabatulis pelles ſtratas tenere conſueuiſſent. Hinc ſcortor, meretricor: & ſcorteum, quicquid ex pelle eſt. Heb. *Zonach.* vide Meretrix.

¶ Loci Biblici.

Scortatio damnatur, *Exod.* 20. 14. *Deut.* 23. *v.* 17. 18. *Prou.* 5. *v.* 5. & 6. *v.* 24. 25. & 7. 5. & 9 *v.* 13. 19. & 31. 3. *Matth.* 5. *v.* 27. 28. *Act.* 15. 20. *Ro.* 1. *v.* 28. 29. & 13. 13 1. *Cor.* 6. *v.* 15. 16. 18. & 10. 8. 2. *Cor.* 12. 21. *Gal.* 5. 19. *Eph.* 5. 3. *Col.* 3. 5. 1. *Theſſ.* 4. *v.* 3. 4. 5. *Heb.* 13. 4. *Iac.* 2. 11. *Apoc.* 2. 14. non ſolum in opere externo, ſed & in affectu, *Exo.* 10. 17. *Matth.* 5. 28. ſcortatio pro adulterio, *v.* 32.

Scortationis variæ ſpecies, *Matth.* 5. 28. ſcortationis mala: *Primo,* iram Dei prouocat. *Deut.* 22, 21, *Prou.* 23, 27. *Eccl.* 19. 3, *Ier.* 5 *Oſeæ* 4, 14. 1. *Cor.* 6, *v.* 9. 13. *Coloſſ.* 3, 5. *Gebr.* 13, 4. *Secundo,* corpus eneruat & facultates abſumit. *Iob* 31. 12. *Prouerb.* 23. 27. & 29. 3. & 32. 3. *Eccl.* 9. 6. *Tertio,* infamiam adfert *Eccl.* 9. 10 & 41, 21, ſcortationis etiam occaſiones vitandæ, *Eccl.* 9. *v.* 4. 12 & 42, 12. ſcortationis pœna. *Deut.* 22. 21, *Ier.* 29. 23. *Ezech.* 22. 11. 1. *Corinth.* 5. 9. & 6. *verſ.* 9. 10. & 10. 8. *Eph.* 5. *v.* 5. *Apoc.* 21. 8.

¶ Sententiae Poeticae.

Fauſtus.

Non ſcortum eſt aliud niſi blanda & ſubdola Siren,
Quæ trahit humanum ſub vada cæca genus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

¶ APOPHTHEGMATA.

Antiſthenes Athenienſis cum his mulieribus conſuetudinem habendam dixit, quæ beneficium beneficio penſent, & quæ gratiam habituræ ſint. Sentiens, abſtinendum à meretricibus, quæ pretio & pecunia vendunt inhoneſtam voluptatem, nec pariunt nec amant mutuum: aut à valetudinariis, deformibus & male moratis, quæ gignunt fœtus pœnitendos. *Eius dicterium extat apud Laert. lib. 6. c. 1.*

Diogenes ſcorta dicebat eſſe regum reginas, quod ab his quicquid collibuiſſet peterent & impetrarent. Nam ideo regum reginas appellabat, non quod eſſent pares vxoribus: ſed quod in ipſos reges regnum exercerent. Reges à populo non ſemper obtinent quod exigunt, at ſcorto nihil negatur. *Laert. l. 6.*

Idem formoſa ſcorta ſimilia dicebat mulſo lethalibus venenis temperato, quod adferrent quidem initio voluptatem, ſed quam perpetuus dolor conſequeretur. *ibid.*

Idem conſpiciens quendam meretrici ſupplicem, vt impetraret quod petebat: Quid, inquit, tibi vis miſer? præſtat non impetrare quod rogas. A ſcorto reiici præſtat, quam admitti. Et tamen pleriq; animi & corporis iacturam ambiunt inſtanter, & magno emunt. *ibid.*

Idem, irridebat eos, qui cellas promptuarias obſeruant vectibus, ſeris & ſignaculis: corpus autem ſuum multis feneſtris & ianuis aperiunt, per os, pudenda, aures & oculos. *Stob. ſermo. de intemperantia.*

Socrates, nec ignem veſtimento occulere poſſibile eſſe dicebat, nec ſcortationem fœdum peccatum tempore. *Eod. ſer.*

Muſonius, extrema dicebat eſſe impudentiæ in ſubeundis vel inſtituendis laboribus meminiſſe imbecillitatis corporum, erga voluptates autem (id eſt, crapulam & ſcortationem) obliuiſci, *Ibidem.*

Crates viſa aurea imagine Phrynes ſcorti Delphis erecta, exclamauit: Ex Græcorum incontinentia trophæum. *Plut.*

Plutarch. ſcortationem deteſtatus, apposite dicebat, ſcortationē veluti alloquens: An coram omnibus ſcortaris? Imo tu teipſum etiam reueritus fugis, nocti ſolum & tenebris ſine teſtibus contumeliam & libidinem committens, nemo quippe honeſtis actionibus caliginem obtendit, lucem earum teſtem reformidans. Immo totum mundum ſolem eſſe optaret, erga ea quæ præclare agit. Vnumquodque autem crimen nudum conſpici cauet: prætexes affectus. His ergo amputatis, nudas intueamur voluptates. Sunt ebriæ ad ſtuporem, ſcortantur perpetuo, dormiunt ad negotia, ciuitates negligunt, non curam gerunt parentum, non verentur leges. *Ex lib. contra voluptatem, apud Stob. ſer. 6.*

Demoſthenes. Fertur, aliquando Corinthum nauigaſſe Demoſthenem, illectum fama nobiliſſimi ſcorti Laidis, vt & ipſe famoſo amore potiretur. At quum illa pro nocte ſtipularetur drachmarum decem millia, deterritus magnitudine pretii mutauit ſententiā, dicens: οὐκ ἀγοράζω τοσούτου τὸ μεταμέλεσθαι, Non emo tanti pœnitere: ſignificans, inhoneſtæ voluptati paratam eſſe comitem pœnitentiam. *Eraſ. li. 4. apoph.*

Demetrii legati. quum legatis à Demetrio ad Lyſimachum miſſis Lyſimachus per otium narraret aliquando, quomodo coactus ab Alexandro cum ferociſſima leone colluctatus fuiſſet, & cicatrices oſtenderet in cruribus ac brachiis è feræ vnguibus relictas, legati dixerunt: Et noſter rex graues feras: Lamiæ morſus in collo geſtat. Notantes ſuauiorem amatoriorum veſtigia, ſimul alludentes ad Lamiam belluam. *Plut.*

¶ EXEMPLA BIBLICA.

Scortationis punitæ *exempla*: Sodomitæ, *Gen.* 19.24. Sichimitæ, 34. *v* 25. Iſraelitæ, *Num.* 25. v. 1. *&c.* Iſraelita quidam, *v.* 6. Beniamitæ, *Iudic.* 20. *v.* 44. filii Heli, Ophni & Phinees, 1. *Sam.* 2. *v.* 22. 25. *&* 4. v. 17. Iſraelitæ, *Ier.* 5. v. 7.

Vide, Adulterium, Fornicatio, Libido, Voluptas.

Scriba, Scriptio.

¶ DEFINITIO ET ETYMOL.

SCriba, γραμματεύς. Hebr. *Chotheb, Sepher*, à *Sepher* literæ ſcriba literarum, characteres & rerum nomina, parteſq; alias orationis, quæ literis includuntur, ſcripto conſignat.

¶ LOCI BIBLICI.

Scriba quidam Chriſtum ſequi inſtituit, *Matth.* 8. 19. Scriba tumultum ſedat, *Act.* 19. 35. Scribæ nomen, publici muneris, Phariſæi autem, ſectæ nomen eſt, vt apparet ex *Act.* 23. 9. Scriba, in genere pro Doctore, *Matth.* 13. 52 comparatur prudentiæ patrifamilias, *ibi* Scribæ aduerſus Chriſtum murmurant, *Luc.* 5. 30. *&* 15. 2. & diſcipulos, *Matth.* 15. 2. *Marc.* 7. v. 1. 2. ſignum petunt, *Matth.* 12. 38.

Scibarum genera tria reperiuntur in ſcriptura ſacra. *Vnum* eorum, qui regibus apparebant quodcunq; tandem eorum munus fuerit, 2. *Sam.* 8. 17. *&* 9. 3. *&* 20. 25. 2. *Regum*, 12. 10. *&* 22. 3. *Alterum* eorum, qui priuatorum contractus & inſtrumenta videntur [...] pſiſſe, quos notarios vocamus, cui rei operam ſolitos fuiſſe [...] Cinæos, nullam aliquin hæreditatem cum tribubus ſortitos [...] re poteſt ex 1. *Paral* 2. *v.* 55 Eiuſmodi etiam contractuum [...] rit mos, colligi poteſt ex *Ierem.* 32. 11. quo videtur alluſiſſe P[...] ta, *Pſal.* 45. 2. *Tertio*, denique ſcribæ dicti ſunt, iuris diuini [...] ter cæteros, (quo nomine laudatur Eſdras, 1. *Eſdr.* 7. *&* 11. [...] munus fuit, tum in ſynagogis, tum in templo legem docere [...] cauſa νομικοί appellati ſunt vt conſtare poteſt ex *Matth.* 7. *&* [...] 17. 10. *&* 23. 13. *Marc.* 13. 28. *Luc.* 7. 39. *&* 11. 46. 1. *Corinthior.* [...] rum præterea numero ſelecti erant nonnulli, qui ſcribæ popu[...] cabantur, quorum fit mentio, *Matth.* 2. 4. Scribas excubi[...] fuiſſe, quod legi ſcribendæ & interpretandæ vacarent, quaſi [...] tabularum cuſtodes, conſtare poteſt ex *Ier.* 8. *v.* 8. Scribarum [...] norantur, *Matt.* 22. 34. *Marc.* 12. *v.* 38. 39. 40.

Scribit Deus legem ac mandata, *Exod.* 24. 12. ſcribatur ve[...] Dei in oſtiis, *Deut.* 6. 9 *&* 11. 20.

Scriptores profani, quatenus vtiles, *Act.* 17. 28. citantur. 1. Co[...] 33. *Tit.* 1. 12.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Ouid. 4. Triſt. 1.

Innumeri montes inter me, teque, viæq;,
Fluminaque & campi, nec freta pauca iacent.
Mille poteſt cauſis à te quæ littera ſæpe
Miſſa ſit, in noſtras rara venire manus.
Mille tamen cauſas ſcribendo vince frequenter,
Excuſem ne te ſemper amice mihi.

Claud. epiſt. ad Olybrium.

Quid rear affatus quod non mihi dirigis vllos
Nec redit alterno pollice ducta ſalus?
Scribendine labor? ſed quæ tam prona facultas,
Carmina ſeu fundis, ſeu Cicerone tonas?
Cedere diu tiis animi fortuna fatetur.
Et tantus oris copia vincit opes.
An ratus, qui ſcripta ferat? quin tempore nullo
Ceſſant Flaminia puluerulenta via.
Cum fluat ingenium, cum ſit qui dicta reportet,
Quæ niſi contemnor, cauſa relicta tibi?

Idem in Probinum.

Quem precor inter nos habitura ſilentia finem?
Quando dabit gratas litera noſtra vices?
Me timidum, vel te potius dixiſſe ſuperbum
Conuenit: alterius crimen vtrumque tenet.
Transfluxere dies & dum ſcripſiſſe priorem
Pœnitet, æternas itur in vſque moras.
Sed quid agam? cœpiſſe vetat reuerentia veſtri:
Hinc amor hortatur ſcribere, vincat amor.

Ouid. 5. Triſt. 14.

Quod tua me raro ſolatur epiſtola peccas,
Remque piam præſtas, & mihi verba negas
Hoc preces emenda, quod ſi correxeris vnum,
Nullus in egregio corpore næuus erit.
Vtque ſolebamus conſumere longa loquendo
Tempora, ſermoni deficiente die:
Sic ferat, ac referat tacitas nunc litera voces,
Et peragant linguæ charta, manuſque vices.
Quod tibi ne nimium videar diffidere, ſitque
Verſibus hoc paucis admonuiſſe ſatis:
Accipe, quo ſemper finitur epiſtola verbo,
Atque meis diſtent vt tua fata, vale.

Ouid. 2. Remed.

Scripta caue relegas blandæ ſeruata puellæ.
Conſtantes animos ſcripta relicta mouent.
Omnia pone feros, quamuis inuitus, in ignes,
Et dic, ardoris ſit rogus iſte mei.

Hor. 1. ſerm. 10.

Sæpe ſtylum vertas, iterum, quæ digna legi ſint,
Scripturus: neque te vt miretur turba, labores,
Contentus paucis lectoribus.

Idem Art.

Si quid tamen olim
Scripſeris, in Meci deſcendat iudicis aureis,
Et patris, & noſtras: nonumque prematur in annum,
Membranis intus poſitis delere licebit,
Quod non edideris.

Hor. Art.

Sumite materiam veſtris qui ſcribitis, æquam
Viribus, & verſate diu, quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri, cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo.

Propter 3. 7.

Quid me ſcribendi tam vaſtum mittis in æquor?
Non ſunt apta meæ grandia vela rati
Turpe eſt, quod nequeas capiti committere pondus
Et preſſum inflexo mox dare terga genu.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN